


17
1782
17
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
SVBSTITVTIONE EXEMPLARI
FRATRVM ATQVE SORORVM

P. 281
P. 279
QVAM
SVPREMO NVMINE FAVENTE
CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC
DOCTORIS PRIVILEGIA
LEGITIME CONSEQVENDI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
D. IIII MARTII A. R. S. MDCCCLXXXII.
SVEIICIT
IOHANNES SIGISMUNDVS GRUBER
NORIMBERGENSIS.

ALTORFII NORICORVM
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELII, ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



DISSEMINATIO IURAMENTARII JUDICIAE
DE
SOCIETATIONE EXEMPLARI
FRATRUM ATQVE SORORUM

CONSENSU ATQVE VACATORIA
MAGNIFICI IURISCONSULTORVM ORDINIS
PRO LICENTIA
EXAMINOS IN ATROQVE IURE HOKORIS
DOCTORIS PRATICIA
PRATICIA CONSENTIENDA
PRACTICO ERADICATORVM MAXIMA
D. IIII MARTII A. LXXXVIII
TITULUS
JOHANNES SIGISMUNDUS GRANT
MORIMONTENSIS

MAGISTER MORIMONTENSIS
SCANDENS TUTIOVANUS

SACRI ROMANI IMPERII
LIBERA E REIPUBLICAE
NORIMBERGENSIS
SENAT VI
SPLENDIDISSIMO
PERILLVSTIBVS AC GENEROSISSIMIS DOMINIS
DOMINIS
DVVMVIRIS
TRIVMVIRIS
SEPTEMVIRIS
CONSVLIBVS
AC
SENATORIBVS
PATRIBVS PATRIA E OPTIMIS
DOMINIS AC MAECENATIBVS
GRATIOSISSIMIS

REGIMINIS FELICITATEM ET TRANQVILLITATEM
PROSPERRIMOS CONSILIORVM SVCESSVS
VITAE AD SERAM POSTERITATEM
CONTINVANDAE FIRMITATEM
GENEROSISSIMARVM GENTIVM SPLENDOREM PERENNEM
A DEO IMMORTALI
DEVOTISSIMA MENTIS PIETATE
APPRECATVR
ET
DISQVISITIONEM HANC IN AVGVRALEM
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA
D. D. D.
SIMVL VERO SE SVASQVE RES
SUMMO VENERATIONIS CVLTU
COMMENDAT
TANTORVM ATQVE
ILLVSTRIVM NOMINVM
CVLTOR OBSEQUIENTISSIMVS
AVCTOR.



§. I.

INSTITVTI RATIO.

Origo diffensus et variantium opinionum inter legum interpretes, quibus ars legitima admodum vexatur, rectius plerumque in perverfa legum interpretatione, quam in ipsarum obscuritate et perplexitate queritur: atque hoc nomine satis apte iam olim dixit CICERO: „cum permulta praecclare legibus essent constituta, ea iureconsultorum ingenii pleraque corrupta atque depravata sunt.“ Iureconsultum vero ingenium, nisi eandem velit reprehensionem incurrire, decere existimo, opinionibus Doctorum, quamvis pro communibus venditentur, reiectis, ipsos adire fontes, atque ex illis puriorum haurire iuris doctrinam. Quam legem mihi quoque scriptam esse censui, cum res meae id exigant, ut specimen diligentiae iuris arti dicatae ad summos in hac scientia honores consequendos in publicum ederem. Ex amplissima igitur iuris controversi copia elegi caput quodam doctrinam de substitutione exemplari respiciens, quod pro virium exiguum modulo curatus enodare et genuinam legum de illo disponentium mentem indagare studebo. Idem, quod nunc ingredior, stadium summa cum laude nuper percurrisse Virum cele-



celeberrimum LUDOVICVM GODOFREDVM MADIIN, Iuris in
Academia Viadrina Antecessorem gravissimum a), me non
fugit; sed pace tanti Viri sententiam eius de substitutione
fratrum et sororum contra opiniones aliorum iuris interpre-
tum defendere eamque tanquam legibus maxime congruam
uberius vindicare mihi licet. Ab eo ceteroquin plane sum
alienus, ut adversariis interpretationem rustice obtrudam, si
argumentorum pondere ducti illam non ipsi amplectantur.

a) in Opusculo I. *vicissitudines substitutionis exemplaris eiusque veram
indolem continens.* Halae. 1775. 4.

§. II.

DE VARIIS SUBSTITUTIONIS SPECIEBUS.

Prius vero quam rem ipsam aggrediar, maxima, qua fie-
ri potest, brevitate, notiones variarum substitutionis specie-
rum praemittam, ut pateat, quid sit id, de quo disputatur.
Substitutione generatim vocatur quaecunque surrogatio heredis
ulterioris in locum prioris. Haec si fiat verbis directis, est
directa, si verbis obliquis seu precativis, est *fideicommissaria*,
in qua heres prior heredi ulteriori hereditatem restituere te-
netur. Quatuor substitutionis directae species Doctores con-
stituerint, quamvis earum nomina nonnulla ab interpretibus
sunt efficta. *Vulgaris substitutione* dicitur, quae fit in eum ca-
sum, si heres primus heres non erit. b) *Pupillariter substitui-*
tur a patre liberis impuberibus, quos in potestate habet, in
casum secundum, si heredes erint, atque intra pubertatis an-

NOS

nos decesserint; nam moribus est institutum, ut quum eius aetatis filii sint, in qua sibi ipsi testamentum facere non possunt, parentes i. e. patres eis faciant. c) Ad exemplum huius pupillaris substitutionis Iustinianus constituit: ut si qui mente captos habeant filios vel nepotes vel pronepotes, cuiuscunque sexus vel gradus, et si puberes sint, certas personas substituire d) possint, quam substitutionem exemplarem, quasi pupillarem et Iustinianam vocare solent Doctores. e) Denique cum militibus ius singulare competit, quod quomodo cunque substituere possint, ita tamen, ut effectus substitutionis pupillaris non extendatur ad bona ipsius filii, si hic ad pubertatem pervenerit; nonnulli interpres singularem substitutionis militaris speciem constituere voluerunt: quod an recte factum sit, dubitari potest.

b) Quod nomen iuic substitutionis speciei hac ex causa in legibus assignatum suffit, manifestum est: quia vulgo i. e. in omnes tum testatores, tum heredes institutos recepta est: quo sensu et vulgares actiones dicuntur, in vulgus passim receptae. DONELLVS in Commentar. de iure civili. Lib. VI. cap. XXIII.

c) sunt verba pr. Instit. de pupill. subst. (II. 16.)

d) Constitutio Iustinianea inserta legitur l. 9. C. de impnber. et aliis subst. (VI. 26) ad quam quoque provocatur in §. 1. l. de pupill. subst. (II. 16)

e) Quanquam nomen substitutionis exemplaris a contuetudine loquendi veterum abhorreat, et ad rem, de qua agitur, significandam non plane aptum sit, iudice DONELLO l. c. et DVARENO Disp. annivers. Lib. II. c. 7; cum id, quod ad similitudinem alicuius rei introductum est, particula quasi in legibus romanis insigniri soleat: usus tamen loquendi hodie obtinens illud satis tuetur.

§. III.



§. III.

DE SVSTITVTIONE QVASI PVPILLARI.

Iam ante tempora Iustiniani deprehenduntur exempla, quibus liberis quoque puberibus, sed animi vitio laborantibus, parentes substituerunt, principali tamen semper beneficio hanc facultatem impetrarunt parentes ab Imperatore, teste PAVLLO. f) Et si conjecturae valeant, forsitan patri ad instar substitutionis pupillaris hoc privilegium interdum per modum dispensationis est concessum. Sed Iustinianus hanc facultatem cum omnibus prorsus parentibus communicauit, adeoque publica lege id concessit, quod antea non nisi post impetratos codicillos Imperiales licebat g) Idemque ille de norma in hac substitutionis specie servanda satis clare mentem suam exposuit.h) Cum humanitatis hic potissimum rationem habuerit Imperator, et curae atque affectioni parentum erga liberos hoc dare voluerit: non obscurum est, utriusque parentum sine ascendentium ius in substitutione quasi pupillari debere esse aequale. Accedunt verba constitutionis ipsius: parenti, qui vel quae testatur — TESTATORI vel TESTATRICI. Quod ad eos, quibus substituitur, attinet, solis mente captis secundum constitutionem Iustinianeam substituere licet: quod si igitur cum consultissimo MADHNIO verbis legis stricte inhaeras, iniusta erit extensio ad alios, quam qui furiosi sunt, adeoque ex iuris communis sanctione nec mutis surdisque, nec melancholicis, quibus tamen sana mens denegari nequit, nec prodigiis substitui potest. i) Porro cum substitutio pupillaris respectu substituentis sit plane voluntaria

taria

9

ria, ita ut pater ex arbitrio suo liberis impuberibus quenvis extraneum substituere valeat; in eo diversa est substitutio quasi pupillaris, ut si ex mente capto filia aut alii descendentes sapientes ad sint, necessarium sit, hos descendentes unum vel certos vel omnes substituere: quibus deficientibus ad fratres k) personarum mente captarum unum vel certos vel omnes eandem fieri substitutionem oportet; et si his etiam destituantur, extraneos, respectu habito ad eos, quibus substitutur, posse substitui. Ex quo perspicitur, nostram substitutionem involvere heredis institutionem necessariam: neque legislatorem in constituendo substituendorum ordine querelam inofficiosi vel ordinem successionis ab intestato resperxisse; id quod plenius demonstratum dedit celeberrimus MA-DIHN. l)

f) in l. 43. pr. D. de vulg. et pup. subſt. (XXVIII, 6)

g) Historiam substitutionis quasi pupillaris latius expoluit illustris MA-DIHN l. c. §. 4—7.

h) in l. 9. C. de impub. et al. subſt. eius constitutionis verba sunt haec: Humanitatis intuitu parentibus indulgemus, ut si filium, nepotem, vel pronepotem cuiuscunq[ue] sexus habeant, nec alia proles descendantium eius sit, iste tamen filius vel filia, nepos, vel neptis, pronepos vel pronepotes mente capitus, vel mente capta perpetuo sit: vel si duo vel plures isti fuerint, nullus vero eorum sapient, licet bisdem parentibus legitima portio ne ei vel eis relata, quos voluerint, his substituere: ut occasione huiusmodi substitutionis ad exemplum pupillaris, querela nulla contra testamento eorum oriatur: ita tamen, ut si postea (resipuerit vel) resipuerint, talis substitutio cesser. Vel si filia, aut alii descendentes ex hismodi mente capta persona sapientes sint: non licent parenti, qui, vel quae testatur, alios, quam ex eo descendentes unum vel certos, vel omnes substituere. Sin vero etiam liberi testatoris, vel testatrixi sint sapientes:



ex his vero personis, quae mente capiae sunt, nullus descendat; ad fratres eorum unum, vel ceteros, vel omnes tandem fieri substitutionem oportet.

i) vid. Opusc. cit. §. 10. 11. Quid statutis nonnullis Germaniae sanctum sit, infra videbimus.

ii) Fratrum nomine forores comprehenduntur, adeoque illud respondere vocabulo *Geschwister*, praecimumendum est, donec aliunde contrarium patet. vid. BRISSONIUS de V. S. L. v. frater.

ii) in Opusc. alleg. §. 21 sqq.

§. IV.

DE NECESSITATE FRATRES MENTE CAPTI SUBSTITVENDI VARIAE DOCTORVM SENTENTIAE RECENSENTVR.

Missis nunc aliis quaestionibus, quae circa substitutionem fratrum moveri possunt, in ea potissimum morabor: an fratres germanos solos aut etiam unilaterales, consanguineos scilicet et uterinos, simul substituere necesse sit, vel an non potius matri consanguineos, patri autem uterinos in substitutione praeterire liceat? In decidenda hac quaestione Iureconsultos in diversis videbis abire partes. Non defunt Doctores ex facultatis superioribus, et hoc, quod vivimus, aevi, qui ordinem fratrum substituendorum ex persona testatoris substituentis dimetiendum esse sibi persuadent, adeoque patri facultatem in substitutione quasi pupillari fratres uterinos praetercundi, matri autem potestatem fratres consanguineos negligendi tribuunt. Ex Iureconsultis antiquioribus prodeat instar omnium VDALE. ZASIVS, primus masculae iurisprudentiae in Germania instaurator, qui de hac re ita loquitur: „Infero,

¶

II

fero, quod fratres utrinque coniuncti debent aliis ex uno tantum parente praeferri: et si non extent utrinque coniuncti, tunc alii fratres, qui ex parte testatoris coniuncti sunt, sive sit pater, sive sit mater, his praeferuntur. m) Eandem opinionem tuerat LAVTERBACHIVS. n) Audiamus verba eius: „Parens quasi pupillariter substituens, illos tantum mente capti fratres substituere tenetur, quia ex ipso quoque sunt geniti. l. humanit. C. de impub. et al. substit. ibi: Sin vero etiam liberi testatori vel testatrixi sint sapientes, ex his vero personis, quae mente captae sunt, nullus descendat, ad fratres eorum unum vel certos vel omnes eandem fieri substitutionem oportet. Hinc si pater quasi pupillariter mente capto substitueret, ipse tantum mente capti fratres germanos et consanguineos, non vero uterinos substituere teneretur arg. d. l. humanitatis. Si vero quasi pupillaris substitutio fieret a matre, substitui deberent tantum mente capti fratres germani et uterini, non vero consanguinei, quia non ex parente substituente sunt progeniti. arg. d. l. Deinde sex Doctorum turbam colligit, ut demonstret, sententiam illam communiter a Doctoribus esse approbatam. — Huic denique comitem damus SAM. STRYKIVM o), qui non dubitavit eandem cantilenam repetere: „Ino, ait ille, qui ex fratribus furioso sunt substituendi, ex ipso parente substituente geniti esse debent, alioquin arbitrio substituentis relictum est, an bunc, an extraneum substituere velit. Vnde si filius furiosus fratres tantum consanguineos habeat, mater substituens his vitricum praeferre potest. Idem obtinebit in patre, si filius demens fratres tantum uterinos habeat, ubiunc no-



vercam substituere valebit.,, Eadem vero laborat superstitione, ut dictis per auctoritates Doctorum additas fidem conciliari credat. Sed nolo longior esse in describendis aliis scriptoribus, qui tantum non omnes grauiora argumenta afferre, quam quae mox enarravimus, necessarium esse haud existimarunt. — Quaenam vero sunt haec argumenta, quibus tanquam solidissimo fundamento suam opinionem superstruere conantur adversarii? Reete ea desideras, quae ego quoque desidero. Miror Zasium, strenuum alias opinionum communium, quae legibus repugnant, adversarium, absque omni plane ratione in hanc opinionem fuisse abreptum, nec erubuisse distinctionem inferre legi, cuius nec vola nec vestigium in lege ipsa reperitur. De Lauterbachio et Strykio minus mirum videbitur, illos opinionem Doctorum nullis quamvis rationibus suffultam secutos esse: cum praesertim Carpzovium, p) magnum olim ICTORUM idolum, ducem et auctorem habeat. Argumentum ex lege 9. Cod. de imp. et al. subit. quo Lauterbachius utitur, novum praebet exemplum, quam partum huiusmodi ratiocinii ex legis arguento q) sit tribuendum. Petitionis principii, quam fautores illius sententiae commiserunt, facile erui potest; ita enim colligunt terminos: parens testator illos tantum, qui ex ipso sunt geniti, substituere tenetur, quia ex ipso sunt progeniti. Si veritati sententiae meae aliquid inde accederet, facili negotio totidem interpretationis meae patronos nominare possem, quot a parte contraria stant: v. c. LUDOVICVM MOLINAM, t) FEL. SPITZ, s) IAC. ERVNEMANNVM, t) PET. MÜLLERVVM, u) MICH.

MICH. GOTTFR. WERNHERVM, x) aliosque: sed rationibus, non auctoritatibus, est pugnandum.

m) in *comment. in tit. de vulg. et papill. substitut.* qui legitur in *editio- ne Operum eius Lugdunensi* (1550) T. I. p. 255.

n) in *Diss. de singulari fratrum iure*, P. II. membr. II. §. 13. in *Diss. A- cadem.* Vol. II. diss. 37.

o) in *Tr. de cauetis testamentorum*. Cap. XVIII. membr. 3. §. 19.

p) P. III. const. 8. def. 15.

q) CHR. HENR. FREISLEBEN *Pr. de ratiocinatione ex arguento legis*. Alt. 1730.

r) *de iniustia et iure Disp.* 185. n. 5. ibique allegati.

s) in *exercit. acad. de substitutione exemplari*. (Ien. 1677.) *Thes.* LXII.

t) ad l. 9. C. de impub. et al. subst. qui hanc addit rationem: *quia hic favor liberorum posseimum inspicitur et ordo successionis*.

u) *ad Struv. Exerc.* XXXIII. tb. 34. lit. y.

v) in *lectissimis commentar. in Pandectas*. (Francof. et Lips. 1779. 8.) P. II. p. 651.

§. V.

ARGUMENTA DISSENTIENTIVM ULTERIVS EXPENDVNTVR.

Sententiae nostrae rationes ita praeclare et dilucide ex-
posuit illustris MADHN y), ut actum agere videar, si in ea de-
fendenda ulterius haerere velim. Sed eius argumenta mo-
deste refutare conatus est Vir cel. AVG. FRID. SCHOTT, z) Li-
psiensium decus; cuius dubitationes longe solidiores iis, de
quibus antea dixi, curatus examinare opus erit. Imperato-
rem personas substituendas non aestimasse ex personis sub-
stituen-



situentium, sed ex personis mente captorum, quibus illa substitutione fit: nondum satis demonstratum est ex cel. Schotti sententia. Sed, si quid video, constitutionis ipsius verba id sat clare innuunt. Ita enim Imperator ait: „*si filia aut alii descendentes ex huiusmodi mente capti persona sapientes sint — ex eo descendentes — ad fratres eorum — fieri substitutionem oportet.*” Cur quaequo legislator non in priori propositione *nepotes* sana mente praeditos, et in posteriori *liberos* sapientes substituere praecepit? Accedit quod substitutione quasi pupillaris non fiat vi patriae potestatis, sed humanitatis intuitu fit introducta, adeoque fit beneficium parentibus concessum ad exercendum conatum ipsis a natura insitum sorti liberorum suorum futurae etiam post mortem suam prospiciendi. — Praeterea interpretatio formidae: *sunt alicui liberi*, vi cuius illa tantum de liberis ex ipso genitis intelligitur, celeb. Schöttio minus contorta est visa: cum Iustinianus expresse mentionem faciat liberorum testatoris vel testatrixis, id est, patris vel matris, qui vel quae substituit. — Sensus vocabulo: *liberi* in ipsis legibus assignatus minime adeo angustus est, ut non simul eos, qui ex altero parentum sunt nati, comprehendat. Sic etiam descendentes usque ad trineptores liberi vocantur aa). Ex alio matrimonio liberos dixit Ulpianus bb); ut alia exempla taceam. Vox liberorum semper ex reliquorum verborum nexu interpretationem capit: quem in lege nostra fratres nulla distinctione addita positi definiunt. Verba: *parens, qui vel quae testatur: nec non testator vel testatrix*

trix hoc tantum volunt, quod utriusque parenti non liceat extraneos substituere, si liberi ex eo, cui substituitur, vel fratres adsint. *Ex eo descendentes* non personas substituentes respicit, sed eos, quibus substituitur: si comparare velis sequentem enunciationem, in qua dicitur: *ex his vero personis, quae mente captae sunt, nullus descendat.* — Hoc denique incongruum *ex nostra interpretatione* metuit V. C., quod mater non substituens, cuius liberi ex priori matrimonio procreati a marito binubo ex hypothesi nostra essent substituendi, nequeat testatrix vocari, si opponatur marito substituenti, cui iterum nupsit, eiusque liberis ex se progenitis; sicut nec patri non substituenti nomen testatoris proprium esse possit, quatenus ille opponitur uxori, quae sola substituit. Absurdam consequentiam, quam ex vocabulo testatoris et testatrixis eruere placet acutissimo adversario, equidem non possum perspicere. Quidni parentem, qui vel quae testamentum condit, cui substitutio mente captum respiciens inest, testatorem vel testatrixem nominare liceat, sive alter parentum adhuc in vivis sit, sive iam diem obierit supremum?

y) vid. opusculum egregium saepius allegatum §. 30. ubi praeferunt argumentis ab illustri collectore *Decisionum Hasso-Cassellan.* T. I. Dec. 25. p. 76 sq. allatis satisfecit.

z) *in der unpärtbeyischen Crizik über die neuesten iuriſischen Schriften.*
P. LXIII. p. 231.

aa) 1. 10. §. 7. D. de grad. et adfin. (XXXVIII. 10.)

bb) tit. XV regul. §. 1.

§. VI.



§. VI.

VERIOR INTERPRETATIO CONFIRMATVR.

Quae cum ita se habeant, nullus dubito illam longe praeferre interpretationem, qua substitutio omnium fratrum atque sororum aequa necessaria esse censetur, fratribus autem germanis ius praeccipuum prae unilateralibus non conceditur, neque patri liberum est fratres uterinos excludere, neque matri fratres consanguineos praeterire, sive hi cum germanis et uterinis, sive illi cum germanis et consanguineis concurrant, sive consanguinei aut uterini soli supersint. Id vero suadet tam occasio et ratio legis § C. de imp. et al. subst. quae sola normam ordinis substituendorum praescribit, et necessitatem certas personas substituendi parentibus imponit, quam ipsa huius legis functio. Haec enim substitutio est quidem beneficium parentum, uti §pho proxime praecedenti est demonstratum: quod vero minime obest, quin statuam, favorem delirorum illam potissimum extorsisse. Quod sine negari nequeat; substituentes non tam sui, quam illorum propinquitatem intueri debent, qua ratione scilicet substituendi sunt pari loco filio dementi, cui ipsi succedunt. Praeterea ratio legis, quae in eo ponitur, quod substituendi sint fratres, est perpetua, et omnibus fratribus tam germanis, quam unilateralibus aequa idonea. Neque ratio ordinis substituendorum plane singularis; et ad alterius ordinis similitudinem non composita, aliud iubet. Fratres, nulla distinctione, limitatione aut restrictione apposita, in numerum personarum necesse.



necessario substituendarum referuntur. Quo igitur sive interpretes hoc sibi sumere possunt, ut adhibeant distinctionem, quam verba et mens legis plane ignorant, imo reprobant? Nullum argumentum idoneum potest afferri, quod hoc potissimum loco vox fratres, tanquam nomen generis, absolute enunciata, non omnes fratrum species comprehendere possit ac debeat. Vocabulum fratres commune est tum germanis, tum unilateralibus. Frater, ut PAVLLVS ait cc) per utrumque parentem accipitur: id est aut per matrem tantum, aut per patrem, aut per utrumque, id est ex utroque parente eodem; sed hic numerum non auger, quod nihil differt ab eo qui eundem patrem habet tantum, nisi quod is eisdem cognatos, tam paternos, quam maternos habet. Alia loca dabit BRISSONIVS. dd) Distinctiones e legibus quidem effterri posse, inter omnes, qui solidam profertur iuris scientiam, iamendum est conelamatum: sed illas legibus inferre atque intrudere, est pessimae interpretationis omen.

cc) L. 10. §. 13. D. de grad. et adfin.

dd) de Verb. signif. L. v. frater.


§. VII.

COLLATI O STATUTORVM GERMANICORVM DE HAC RE DISPONENTIVM

Cum Germani testamenta, iuris Romani partum, pristinis temporibus plane ignoraverint, donec haec de bonis suis post mortem disponendi ratio per iuris Romani receptionem illis familiarior est reddit: nemini sane mirum videbitur, nostri aevi illo de substitutione heredum parum cogitas-



se, nec, quantum equidem scio, statuta Germanica inveniri
 saeculo XV antiquiora, quae circa substitutionem disponunt.
 Imo nostris quoque temporibus in plurimis Germaniae ter-
 ris haec doctrina solo iure communī regitur, cum plerum-
 que statuta de ea silent. Eas tamen germanicas leges, quae
 circa illam versantur, strictim recensēbo et cuiusvis generis
 exempla quaedam afferam. Sunt, quae de substitutione vul-
 gari et pupillari tantum loquuntur, substitutione quasi pupil-
 lari plane omissa. dd) Ad illa, quae obiter tantum substitu-
 tionis quasi pupillaris mentionem faciunt, referendum erit
Ius provinciale Palatinum ee), quod substitutionem hanc se-
 cundum ius commune efformandam esse iubet. Alia statuta
 substitutionem exemplarem non quidem plane transeunt, sed
 nullum personarum, quae necessario essent substituendae, or-
 dinem constituant: quibus annumerandae sunt leges *Hohen-
 loicae ff)* *Suevofūrtenses gg)* et *Francosurtanae hh)*. Exem-
 plum statuti, quod legem 9 C. de imp. et al. subst. ad ver-
 bum reddit, non addita ulteriori distinctione inter diversa fra-
 trum sororumve genera, nobis sifit *Ius provinciale Badense ii)*.
 Heredes necessarios quasi pupillariter esse substituendos,
 antequam ad extraneos deveniatur, magnus *Borussorum le-
 gislator voluit kk);* in quo conspirat *ius Bavanicum novissi-
 um ll)*: utraque vero haec constitutio plenissime de hac a-
 liisque substitutionis speciebus tractat. Vnicum statutum de-
 prhendere licuit, *Ius provinciale Württembergicum mm)*, quod
 utriusque parenti substitutionem fratrum germanorum, praे-
 terea



terea autem patri tantum substitutionem consanguineorum, matri vero substitutionem uterinorum iniungit; adeoque opinionem singularem nonnullorum iuris interpretum supra expositam expresse confirmat. Denique *Ordinatio iudicij provincialis Franconici* ¹⁶⁰¹ ex praesumta testatoris voluntate statuit, quod per agnationem posthumi irrita reddatur extraeae personae substitutio. Ceterum vix opus est monere, quod cuivis ex horum statutorum collatione facile patet, in plerisque substitutionem exemplarem non ad solos mente captos et furiosos restringi, sed plerumque in iis, quibus substituitur, facultatem sibi ipsis condendi testamentum ob animi vel corporis vitium deficientem respici, adeoque mutis et surdis, quin et prodigiis aequa substituere licere, ac fana mente carentibus.

dd) His accenseo *Ord. Provinc. Nassau.* P. III. cp. VI.

ee) *Pfaelz. Landrecht* P. III. Tit. X. Zugleich aber, wie die Eltern iren unmündigen Kindern, wie letzto verstanden, substituire moegen, also lassen wir auch zu, daß sie iren Kindern und Enckeln, so irer Sinn und Verstands beraubt, ob sie schon das achtzehend jahr ihres alters erreicht, in iren Testamenten Nacherben, doch nach Verordnung *meiner Rechten*, setzen moegen.

ff) *Hohenloh. Landrechte.* P. IV. Tit. IV. §. 10. Die Eltern, und zwar, so wol die Mutter als der Vatter, wie auch die Grofs - Eltern, beyderley Geschlechts, koennen ihren minderjährigen Kindern, welche noch unter sechzehn Jahren, folglich, ihren letzten Willen selbst aufzurichten nicht im Stand sind (siehe oben Tit. I. §. 2.) dann auch solchen Kindern, die wegen eines Mangels an dem Leib oder am Gemüth, selbst nicht testiren koennen, andere Erben nachferzen, oder substituiren, nicht nur auf den Fall, wann die Kinder, oder Enkel der Eltern, oder Grofs - Eltern Tod nicht erleben, mithin deren Erben



nicht werden, sondern auch auf den Fall, wann sie zwar die Eltern wärlich erben, aber in denen Jahren, oder in dem Zustand, darinnen sie selbst kein Testament machen könnten, versterben folten.

gg) *Schweinfurter Stadtrechte*, Seft. III. tit. 28. §. 1. Wie wohl hie oben bereits gemeldet, dass die Eltern allein ihnen im unmündigem Alter absterbenden Kindern andere Erben nachsetzen mögen, so ist jedoch auch denen selben, wann sie Kinder oder Töchter haben, die ihrer Vernunft und Sinnen beraber wären, (als da sind Unsinige oder Thoren, item, Taube und Stumme, oder auch die Geuder und Verschwender, welche der Administration ordentlich entzettelten werden) es seyen dieselbe nun gleich, wes Alters sie seyn mögen, erlaubt ihnen Nach-Erben zu setzen, daß diejenige, so ihnen substituirt, alldieweilen sie zu ihren Sinnen und Verstand nicht kommen, noch sie selbst zu testiren tauglich sich befinden würden, ihre Erben seyn sollen.

hh) *Reform. Franzofurt.* P. IV. Tit. IV. §. VI. Auch mögen die Eltern (zugleich Manns und Weibs-Personen,) ihren gebrechlichen Kindern, als Unvernünftigen, Thoren, Tauben, Stummen, wes Alters die auch seynd, in ihrem Testamente Nacherben setzen, auf den Fall, da sie in falcher ihrer Gebrechlichkeit bleiben und absterben würden, dass alsdann dieselben nachgeletzte Erben, zu der Erbschaft sollen gelassen werden. Wann auch hernach solche Gebrechlichkeit bey ihnen aufthoert, so faelt alsdann und erlischt auch zugleich solche Substitution, und mögen die Kindere fürtir selber über das, so ihr ist, nach ihrer Gelegenheit disponirn. Cui sanctioni haec tamen additur restrictio, quod substitution exemplaris a fratre facta tantum valere debet, salva legitima patris, §. VII. So der Vater seine Kindere im Testament zu Erben gesetzt, und im fall deren eins aufs ihnen versterben würde, demselben die andern seine Geschwisterig, oder auch einen Fremden, mit oder ohn ausdrücklicher Ausschließung der Mutter, substituirt, daraus dann etwa, (auch bey den Rechtsgelahrten) Zweifel entstanden, ob durch solche Substitution die Mutter, wann sie den Fall erlebt, ganz und gar von ires Kindes Erbschaft solle aufgeschlossen seyn, da es doch ein sehr umbilikhs Ansehen hat, dass der Mutter dafalls die Legitima ihres abgestorbenen Kindes folt benommen werden.




So setzen und woellen wir, dasz in allen Faellen der Substitutionen, wie auch die geschaffen, der Mutter der dritte Theil aller Güter, das ist, ihre Legitima, folle folgen vnd zukommen.

ii) *Badisches Landrecht*. P. V. Tit. XII. §. IX. Da auch schon dergleichen sinnlose oder unrichtige Leut, von ihrem Gebrechen nicht wiederumb erledigt wurden, und aber, nach ihrem todt, ehliche Kinder hinderliessen, so soll solche Substitution, da eine vorgangen, ohne einen Vnterschid, auf dieselben, und sonst niemanden andern gewendet werden. §. X. Wann aber keine Kinder im Leben, sondern allein des Verstorbenen Vabefindnen Brüder oder Schwestern vorhanden, so sollen solche derselben rechtmäsigste Asttererben seyn, und der Testirende andere, an ihre statt, ohne Ursach, zu substituiren nicht Macht haben.

Ik) *Projectum Corporis Iuris Frideric.* P. II. Lib. VII. tit. VII. art. III. §. 26.

II) *Cod. Max. Bav.* P. III. C. III. §. 21.

mm) *Würtemb. Landrecht* P. III. Tit. XII. Doch ist bey dieser Exemplar Substitution und Astter Erbsatzung, weiters zu wissen, daß die Eltern, welche in jetzt gesetzten Faellen, ihren gebrechlichen, und zum testiren ohntaugenfischen Kinder Erben nachsetzen woellen, schuldig seyen, solche ihre Kinder, zuvorderst in ihren Pflichttheil aussicht wenigst zu Erben einzusetzen, und darauf erst die Astter- oder Nacherbsatzung zu verordnen. In welcher Substitution sie doch auch nicht ein iede ohnverwandte Person, ohne Vndereschid (wie in der Pupillar Substitution geschehen kan) substituiren vnd nachsetzen moegen: sondern es ist darin diese Ordnung zu halten, nemlich, da solche ihre zu testiren ohntaugenfischen Kinder, selbstens auch Kinder, Kinds-Kinder oder weitere Descendenten hette, zuvorderst dieselbiges, wann aber keine Descendenten von solchen gebrechlichen Kindern, sondern allein derselben Brüder oder Schwester in Leben, alsdann solche Brüder oder Schwester zu substituiren. Darney doch abermals der Vndereschid zu merken, da der Vatter die Substitution verordnet, das er allein der gebrechlichen Kinder Geschwisterige von beiden Banden, oder von sein des Testirenden Vatters Linien hero verwandte, Brüder oder Schwester, nachzu-



setzen: die andern aber, so allein solcher gebrechlichen Kinder
Mutter halb Geschwistrig wesen, ist der Vater nicht, sondern al-
lein die Mutter zu substituiren schuldig.

Land Gerichts Ordin des Herzogth. Franken Tit. XLVI. §. 1. Die
Eltern Mâns - und Weibs - Personen, so Kinder oder Dichter ha-
ben, die an ihrer Vernunft gebrechlich, als die da unsinnig, unrich-
tig, daub und Stumm, auch Thoren, Narren, welches Alters sie gleich
seyen, moegen denselbigen Erben nachersetzen, auf den Fall sie in fol-
scher Gebrechlichkeit Todts verfahren würden, dass die Nachgesetzte
die Erbschaft haben sollen, §. II. Diese Substitutionem nennen die
Recht Exemplaren, weil sie nach dem Exemple und Ebenbild der vor-
hergehenden Pupillar - Substitution erfunden worden, und wehret so
viel und lang bis die gebrechliche Personen ihre Maengel erlediget
werden, als dann hoere diese Substitutio auf, und ist allerdings ge-
fallen und erloschen, §. III. Hoeret aber die Gebrechlichkeit nicht
auf, und würde in derselben die gebrechliche Person absterben, gleich-
wohl aber eheliche Kinder hinter ihr verlassen, als dann solle der Substi-
tution unerwogen, die Erbschaft auf solche also hinterlassne Kinder
kommen, dieweil nicht vermutlich, wann der Substituent oder Te-
stator dieses Falles der erfolgten Kinder gedacht haette, dass er don-
selben die fremde Succession würde vorgezogen haben.

§. VIII.

AN IVS NORIMBERGENSE IN SVBSTITVTIONE EXEMPLARI FRA-
TRVM ET SORORVM A IVRE COMMUNI RECEDAT,
DISQVIRITVR.

Hoc autem rei testamentariae caput nec legislatores per-
illustris Reipublicae Norimbergensis intactum reliquerunt, sed
codici nostro statutario ^{oo}) peculiarem sanctionem de substi-
tutione exemplari inseruerunt. Hanc quoad maximam par-
tem esse repetitionem iuris Romani, facile perspicitur: sed
in eo iuri communi derogatum esse videtur, quod fratrum
fоро-

sororumve substitutio minime sit necessaria, cum horum in
 ipsa lege nulla plane mentio sit facta. Ego vero in contra-
 riam ire sententiam audeo eiusque argumenta nunc exponam.
 Iuris statutarii sanctiones non quidem ex iure communi inter-
 pretationem accipere possunt, licet ex eo sint petitae: atta-
 men ex iure romano sunt supplendae, quatenus repetitio haec
 non plene est facta. Lex nostra liberos personae insanae
 substituendos esse iubet: et alios substituere prohibet, quate-
 nus descendentes adsumt. Haec est significatio verborum:
 auf die Kinder und sonst niemand. Si vero descendentes de-
 ficiunt, noluit exclusos esse fratres, quibus ius Romanum fa-
 vet. Prima emuniciatio legis nostrae sat clare innuit, legislatoribus non aliam suisse mentem, dum statuunt: Es moe-
 gen die Eltern — jren Kindern und Enigklin — andere Erben
 nachsetzen; ex quibus verbis colligo, eos semper substituen-
 dos esse, quos iuris communis ordo ad substitutionem vocat,
 non extraneos: quia alias formula haec ita fuisset concipi-
 enda: andere zu Erben nachsetzen. Accedit quod editio-
 nes antiquiores Codicis nostri statutarii expressis verbis fra-
 tres tam germanos, quam unilaterales in numerum necessa-
 rio substituendorum referant. En ipsam constitutionem,
 legem 9 C. de impub. et al. subst. plenius repetentem: Von
 geschickten widerfellen der vnueröfftigen Kinder oder enicklein
 in Irer vnuerunft. vnd von Irer freyen erb/schafft so sie zu
 vermanift kommen. pp) Es mag eins seinen vnueröfftigen Kin-
 dern oder enicklein schicken vnd die zu erben setzen oder erbtii-
 chen



chen versehen. Also und In welchem alter sie in soelicher unvernuft oder thörkeit mit tod abgiengen. das alßdann dieſetb habe oder erbschafft auf des oder der abgegangen eeliche Kinder. oder ob die nit vorhanden wern. auf sein leipliche eeliche geschwistergit oder der einsteils gefallen folt. vnd so aber die auch ni vorhanden wern. so mag es dasselb geschick auf solchen abgang den froemden schicken. und so aber die torn vnd synnloſen widerumb zu vernunft kome. das sie alßdann vnd fürbäſer bey Irer geschickten erbschaft bleiben. vnd freylich damit ihun vnd lassen moegen was sie wollen on eyniche widerfalle. Et præterea haec lex aptissima ad firmandam nostram interpretationem legis q. C. allegatae, quod fratres unilaterales non debeat esse deterioris conditionis, quam germani. Hos scilicet respiciunt verba; leipliche eeliche Geschwistergit; fratres consanguinei et uterini vero sub verbis: oder der einsteils comprehenduntur. Vsum fori ab hac interpretatione non abhorre, testatur generosissimus Commentationis succinctae in codicem iuris statutarii Norici auctor. qq)

qq) Reformatio Norimbergenſis. Tit. XXX. leg. III. haec sancit: Es moegen die Eltern, Mans vnd Weib Personen, jren Kindern vnd Enigklin, die an jrer vernunft geprechlich, Stummen oder Hoerlos, in welchem alter sie seyen, andere Erben nachsetzen, auf den Fal, wo sie in folcher jrer geprechlichkeit mit tod abgeen würden, das die nachgesetzten zur Erbschaft gelassen werden sollen. §. Wann dann folche mengel vnd geprechlichkeiten auftoerien, so erlicht die nachsetzung, vnd moegen die Kinder oder Enigklin, fürter das irig selbst verordnen. §. So aber die geprechlichkeiten nit auftoerien, vnd doch die geprechliche Personen, auf jr absterben, Kinder hinder jnen verliessen, So soll die nachsetzung auf die Kinder, vnd sonst niemand gewendet werden.

pp) Reform. Norimb. de a. 1484. Tit. XXI. l. 2. Eadem plane sunt verba Reform. de a. 1503. et 1522.

qq) Die mit Anmerkungen erläuterte Nürnberg. Reform. T. III. p. 94.




ULB Halle
003 331 415

3



TA-OC





1782
1782
DISSESTITVATIONE EXEMPLARI
DE
FRATRVM ATQVE SORORVM

Q V A M
SVPREMO NVMINE FAVENTE
CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC
DOCTORIS PRIVILEGIA
LEGITIME CONSEQVENDI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
D. IIII MARTII A. R. S. MDCCCLXXXII.
SVBIICIT
IOHANNES SIGISMUNDVS GRVBER
NORIMBERGENSIS.

ALTORFII NORICORVM
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELI, ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

